Hæc.n.est apud Gelliũ uera ex antiqs exẽplaribus lectio,nõ ut quidam etiã scribunt Criomachia,Quin paulo ẽt supra in epistola eadẽ Cice ronis,uocabulũ alterũ qđ est ὄργανον de græca scriptura deprauatum migrauit in latinã.Nã pro eo qđ erat ὄργανον factum iam optanon. neq; aũt hoc quoq; ab ullo hactenus animaduertit̃,Quare sic legeris Plane iam Brute frigeo.Organon enim erat meum senatus,ut quo pro organo Cicero,próq; instrumento utebatur.

Caput xxxv.

Locus in.M.Varronis,& item alter in Columellæ libris rei rusticæ de fensusã uitio,quædámq; super Euhemero inibi,& Iouis sepulchro,& Cretensibus addita,& locus apud Statium declaratus.

IN.M.Varronis libro primo rerũ rusticarũ mendose legitur illud.Arista & granũ omnibus fere notũ,gluma paucis.Itaq; id apud Enniũ solũ scriptũ scio esse in Ephemeridis uersibus. Nã qđ habẽt ẽt,qui putant̃ emẽdatissimi codices,ĩ Ephemeridis uersibus,hoc ego in uenerãdæ uetustatis exẽplari ẽ publica gẽtis medicæ bibliotheca sic inuenio,In Euhemeri libris uersis.Neq; aũt dubiũ est,Enni sacrã historiã significari ã Varrone de Euhemero in latinũ uersam, quã uidelicet & Lactãtius idẽtidẽ,& Eusebius citat,& Augustinus.Verba Lactanti de libro diuinarũ institutionũ prío sic hñt. Antiquus auctor Euhemerus,q fuit ẽ ciuitate Messana res gestas Iouis,& cæterorũ,q Di putantur collegit,historiáq; cõtexuit ex titulis,& ĩscriptõib⁹ sacris, quæ in antiqssimis tẽplis habebant̃,maxíẽq; in fano Iouis Triphyli, ubi aureã colũnã positã esse ab ipso Ioue titulus ĩdicabat.In qua columna gesta pscripsit,ut monimẽta essẽt posteris rex suarũ.Hãc historiã interptatus ẽ Ennius,& secutus,cuius hæc sũt uerba. Vbi Iupiter impium neptuno dat maris,ut ĩsulis oĩbus,& quæ loca sũt secundũ mare oĩbus regnaret.Dein Lactãtius idẽ,locos Enni nonnullos,de hac ipsa historia iterum,atq; iterũ adducit,quos eqdẽ breuitati studens pteribo. Quĩ ipsius quoq; Euhemeri uerba Sextus itẽ allegat Empiricus,pyrrhoniorum maxime uolumine quarto,uocatúmq; ait Atheon,sicuti Meliũ Diagoran,Prodicum Ceum,Theodorum Cyrenaicum,com plurísq; alios,ac de eo quoq; Timon Phliasius,(ut arbitror).sic ait.

Εὐήμερος γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία γράψας

Sed his omissis,illud utiq; acrius inspiciendum est apud Columellã quoque libro.x.capite autem tertio,ubi de apibus agitur,bis Homerũ citari pro Euhemero ĩ puulgatis codicibus,quod & uetustissimus ĩdicat liber,de priuata familiæ Medicæ bibliotheca,literis langobardis exaratus

um Iuuenalis expressit. δὶς κράμβη θάνατος quo significatur, bis posita Crambe mors esse, Crambe aūt brassicæ genus, ut fastidium uidelicet repetitæ sæpius cōtrouersiæ denotaret, cū uulgo quoq; recalfacta brassica iam in prouerbium fastidii cōcesserit. Maluit autē græcū usurpare q̄ latinum uocabulum poeta, uel quia tritius id græcis q̄ latinis prouerbium, uel sane quia species etiam quædam brassicæ proprie appellata Crābe, tenuioribus (ut est apud Plinium) foliis & simplicibus, densissimisq; amarior, sed efficacissima. Ipsius uero græci prouerbii mentionē Suida facit, poniq; etiā in cōuiuiis Crāben docet, quod sit ebrietati cōtraria quemadmodum in libro de re rustica testatur Cato.

Caput xxxiiii.

Vitiose quæpiam in epistola Ciceronis, deq; uocabulo quod est Sciamachia.

r Vsticum nimis & illepidum, sordidumq; adeo plane uocabulum Ciceronis epistolam occupauit, eā quæ est ad Brutū, isto prīcipio Mirabiliter mi Brute lætor, sic.n.ī ea legim⁹. Meaeq; illæ uehemētes contentiones tanq̄ scientia adnihilatæ esse uideantur. Quod quidā tamē hactenus corrigūt, ut dicāt tanq̄ si iam adnihilatæ esse uideantur. Consulāt quæso eruditi, peritiq; idoneorū uerborum, ueterumq; lectionum, cōsulant suū quisq; iudiciū sensumq;, ac tū demum credere audeāt adnihilatas cōtentiōes, scriptū fuisse à Cicerone. Nos ī codicibus duobus Medicæ familiæ, quorū supra quoq; fidē allegamus (mendose id etiā, sed tamē ut erroris adhuc uestigium non sit abolitum) sic reperimus, tanq̄ sciamachalaæ, esse uideantur. Quare suspicamur legēdū, Sciamachiæ. Sūt.n. Sciamachiæ, nihil sane aliud, q̄ umbratiles pugnæ. Sentit.n. Cicero hoc utiq; frigere iā se planè in senatu non succedentibus Bruto rebus, suasq; illas uehementis contentioēs, sciamachias uideri, Vocabulū ipsum, perq̄ est elegans apud græcos, & magnopere usitatum. Quin Galenus quoque medicus in libro secundo ὑγιεινῶν sic ait μεταβαίνειν δὲ καιρὸς ἐπὶ τὰ ταχέα χωρὶς εὐτονίας καὶ βίας δρόμοι δ' εἰσὶ ταῦτα καὶ σκιαμαχίαι Inter celeres exercitationes, quæ tamen attentæ, uiolentaeq; non sunt, etiam cursus adnunerat, & sciamachias, Deniq; uel Eustathius in Odyseæ commentario Rhapsodiæ tertiæ, de uerbo eo sic meminit. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ μὲν ὑπὸ σκιᾶς μαχούμεθα φαῦλον δηλοῖ οὐδὲν οὐ μήν τοι καὶ τὸ σύνθετον σκιαμαχεῖν. Et M. Varro satyram unam è suis illis Menippeis Sciamachiam inscripsit